Dicuntur autē coniugata z casus esse eiusdes coniugationis. vt si iustitia sit laudabiliū: tunc iustus iustu z iuste sunt laudabiliū. z sicut iustitia est laudabilis: ita quod iuste sit laudabiliter fit. Tertia cōclusio tangit z<sup>m</sup> considerationem. Si aliquid contrarium predicatur de vno coniugatorum: tunc contrarium talis predicati predicabitur de cōtrario coniugati. vt si iustitia sit scientia tūc iniustitia erit ignorantia. z quod iuste fit scienter fit: z quod iniuste fit ignoranter fit. In scda p̄tula docet terminare propleuma simplicis inherētie p̄ locum a generatione z corruptione. z intēdit duas conclusiones. Quarū prima est hec. Locus a generatione z corruptiōe valet affirmatiue z negatiue. De loco a generatione ponit tres maximas. Prima est. quozū generatio nes sunt bone ipsa bona sunt. Scda. quecuq; sunt bona eoz generatio nes sunt bone. Tertia. si generationes sunt male ipsa sunt mala. Pro loco a corruptiōe ponit duas maximas. Prima. quoz corruptiōes sunt bone ipsa sūt mala. Scda maxima. quozū corruptiōes sūt male: ipsa sunt bona. Scda conclusio. Locus a generantibus ad corripēda similiter valet affirmatiue z negatiue. Probat p̄ duas maximas. Prima est. si generantia sunt bona z ipsa genita sunt bona. Scda. quoz corrupēda sunt bona ipsa sunt mala.

**Conclusio responsalis.** con sequētia cōtrario tenet formaliter in cōtra dictorijs: z consequētia in ipso tenet formaliter in alijs oppositis. Conclusio satis patet ex dictis.

**Dubitatur primo.** Vtrū per locum a simili possit terminari p̄pleuma simplicis inherētie. Pro solutiōe supponit q̄ in 4<sup>a</sup> parte hui<sup>9</sup> caputuli docet terminare p̄pleuma simplicis inherētie p̄ alios locos dialeticos: ponendo talē conclusionē. In silibus siliter se habent vt si disciplina sit vna pluriū z opinio erit vna pluriū. Et si visus habere sit videre: siliter habere auditum erit audire. Et subdit quonā documentū. q̄ in silibus oportet arguere ea pte q̄ sunt silia: z non ea pte q̄ differūt. Ideo nō sequitur q̄ si scire ē intelligere: q̄ vnu scire sit vnu intelligere: z q̄ plura scire sit plura intelligere. qz cōtingit plura scire: intelligere autē nō. Scdo terminat p̄pleuma simplicis inherētie fm magis z minus: ponēdo talē cōclusionē. Si sim<sup>r</sup> ad sim<sup>r</sup> z magis ad magis. vt si voluptas sit bonum: magis voluptas erit magis bonū. Et si iniuriā facere sit malū: magis iniuriā facere ē magis

malū. z tenet iste loc<sup>9</sup> tā affirmatiue q̄ negatiue. Tertio docet terminare p̄pleuma simplicis inherētie per locū a maiori sit trib<sup>9</sup> modis. Primo qm vnu predicatur: predicatur de duob<sup>9</sup> subiectis. Maxima. si cui magis videtur inesse nō inest: nec cui minus. Et si cui minus videtur inesse inest: z cui magis. Scdo fit qm duo predicata de vno subiecto predicantur. Maxima. si illud qd magis videtur inesse non inest: nec illud qd minus videtur inesse inest. Et si illud qd minus videtur inesse inest: z qd magis. Tertio fit qm duo predicata predicantur de duobus subiectis. Maxima. si illud qd magis videtur inesse: nō inest illi cui magis videtur inesse: nec id quod minus videtur inesse inheret ei cui minus videtur inesse. Et si illud qd minus videtur inesse inest illi cui minus videtur inesse: z illud qd magis videtur inesse inheret ei cui magis videtur inesse. Et subdit q̄ ex illis tribus modis sit locus a simili: vt deducit per exempla.

**Dubitatur secundo.** Vtrū per locum a fm quid ad simpliciter possit terminari propleuma simplicis inherētie. Pro dubio supponitur q̄ in hac vltima p̄tula docet aristoteles terminare propleuma simplicis inherētie. Primo p̄ locū ex appositione: ponendo tres cōclusiones. Prima tāq̄ vnam cōsiderationem: que ē hec. Si aliqd appositū alteri fatiat ipsum tale: ipsum appositū erit tale vt si aliqd appositū alteri fatiat ipsum bonū: vel albū: illud qd est appositū erit bonū vel album. Scda conclusio tangit z<sup>m</sup> considerationē: que est hec. Si illud qd appositū alteri facit ipsum magis tale ipsum ē magis tale. Et subdit q̄ solū valet in his que suscipiūt magis z min<sup>9</sup>. Tertia conclusio tangit tertiam considerationē: que ē hec. Illud qd magis et min<sup>9</sup> inest: etiā simpliciter inest. qz si aliqd nō sit albū v. l. bonū: ipsum non erit magis z minus albū vel bonū. Et subdit q̄ iste locus nō tenet negatiue. qz fortes nō dicitur magis v. l. minus hō: z tū propterea nō dicitur non hō. Consequēter in h<sup>9</sup> p̄tulo hui<sup>9</sup> p̄tule docet terminare p̄pleuma simplicis inherētie p̄ locū a fm qd ad sim<sup>r</sup>: ponēdo z<sup>m</sup> cōclusiones. Quarū p̄<sup>a</sup> tangit vnā cōsiderationē: q̄ est hec. Si aliqd predicati inest alicui subiecto fm quid: cōtingit etiā ipsum inesse sim<sup>r</sup>: z silr si inest quādo vel vbi. Patet. qz illud qd est impossibile sim<sup>r</sup> in esse alicui: nō inest sibi fm quid neq; quādo neq; vbi. Scda conclusio tangit sex instantias contra predictam conclusionem. Quartus

prima est hec. Isti sunt naturaliter studiosi liberales et casti. ergo ipsi sunt simpliciter studiosi liberales et casti. consequentia non valet. Secunda instantia. non sequitur: contingit aliquando aliquod corruptibilem non corripitur. ergo simpliciter contingit aliquod corruptibilem non corripitur. Tertia instantia. non sequitur: expedit vii dyeta in locis egroris. ergo simpliciter expedit vii dyeta. Quarta instantia. non sequitur: possibile est tamen unum ens esse in hoc loco. ergo simpliciter est tamen unum ens esse. Quinta instantia. non sequitur: bonum est mactare patrem in triuallis. ergo simpliciter bonum est mactare patrem. Sexta instantia. medicina expedit egroranti. ergo simpliciter medicina expedit. Tertia conclusio. Illud dicitur simpliciter quod nullo addito dicitur. et illud dicitur bonum simpliciter quod nullo addito dicitur bonum. ideo mactare patrem non est bonum simpliciter: sed solus est bonum alicubi. Sed deos honorare est bonum simpliciter.

**Dubatur tertio. Vtrum lo-**  
 ci a simpliciter ad magis: ab appositione: et a sim quid ad simpliciter teneat formaliter. Ad prima parte respondeo per duas suppositiones: tres distinctiones: et tria dicta. Prima suppositio est hec. Simpliciter in proposito vocatur terminus non comparativus sumptus sine adverbio magis. Et magis vocatur in proposito terminus comparativus gradus: vel terminus positivi gradus sumptus cum illo adverbio magis. Secunda suppositio. arguere a simpliciter ad magis est arguere ab antecedente in quo ponitur aliquis terminus non comparativus sine adverbio huius adverbii magis: ad consequens in quo ponitur idem terminus cum illo adverbio magis. ut arguendo sic. fortis non est albus. ergo fortis non est magis albus. Prima distinctio dupliciter potest argui a simpliciter ad magis. Uno modo ab uno simpliciter ad aliud magis. sicut nuper argutum est. Alio modo arguendo a pluribus simpliciter ad plura magis. Et hoc fit quoniam in antecedente sunt plura simpliciter: et in consequente sunt plura magis. ut arguendo sic: albus est coloratum. ergo magis album est magis coloratum. Secunda distinctio dupliciter potest argui a pluribus simpliciter ad plura magis. Uno modo in propositionibus categoricis. quoniam scilicet antecedens est propositio categorica: in qua tam subjectum quam predicatum sunt termini simpliciter sumpti. et quoniam est alia categorica: cuius subjectum et predicatum sunt idem termini sumpti cum adverbio magis. ut iustus est virtuosus. ergo magis iustus est magis virtuosus. Alio modo potest argui a

pluribus simpliciter ad plura magis in propositionibus hypotheticis conditionibus. sic quoniam antecedens est una conditionalis: in qua ad unum simpliciter denotatur sequi aliud simpliciter: et quoniam est alia conditionalis: in qua ad unum magis denotatur sequi aliud magis. ut si aliquid est iustus illud est virtuosum. ergo si aliquid est magis iustum illud est magis virtuosum. Tertia distinctio. Dupliciter potest fieri comparatio de simpliciter ad magis. Uno modo per compositionem proprie dictam. quoniam scilicet dispositio in qua fit comparatio perit utriusque comparabilium: unum tamen magis in certa et determinata proportione quam alteri. sicut quoniam homo et equus comparantur in albedine. Aliter fit comparatio de simpliciter ad magis per compositionem abusivam: quoniam scilicet comparabilia aliter se habent quam dictum sit. et de isto non est in proposito sermo. Primum dicitur est istud. Ab uno simpliciter ad unum magis tenet formaliter omnia negativae: sed e converso tenet affirmativae. Prima pars patet. quoniam boni sunt ethiops non est albus. ergo ethiops non est magis albus: et sic de similibus. Secunda pars patet. quoniam boni sequitur petrus est melior seu magis bonus quam iudas. ergo petrus est bonus et sic de aliis. Posset etiam probari per illam maximam: quod comparativus semper superponitur sui positivi: sed non e contra. Secundum dicitur est. A pluribus simpliciter ad plura magis arguendo in categoricis. Prima conditio est quod illa que ponuntur esse simpliciter possunt recipere comparationes. defectu cuius non sequitur: homo est aialis. ergo magis homo est magis aialis. Secunda conditio est quod predicatio de simpliciter sit quantitativa. defectu cuius non sequitur: albus est extensus. ergo magis albus est magis extensus. nec sequitur: albus est dulce. ergo magis albus est magis dulce. Tertia conditio. quod unum simpliciter non dicatur quantitativae de alio simpliciter et de suo opposito. id non sequitur: albus est coloratum. ergo magis albus est magis coloratum. quod coloratum dicitur quantitativae de albo et de nigro quod est eius oppositum. Quarta conditio. quod in ante ponatur constantia terminorum quoniam defectu cuius non sequitur forma: iustus est virtuosus. ergo magis iustus est magis virtuosus. quod positum quod omnes homines equaliter eunt iusti: ante est verum et quoniam falsum. Istis conditionibus observatis fecerit malis tria. ut sequitur formaliter: iustus est virtuosus. et magis iustus est magis virtuosus. Tertia dicitur. In hypotheticis conditionibus velis forma: quoniam a pluribus simpliciter ad plura magis: observatis tribus primis conditionibus predictis. ut boni se: aliquid est iustum. id est virtuosum. ergo si aliquid est magis iustum ipsum est magis virtuosum. Ad 2am partem dubii respondeo per unum dictum. Locum ab apertis regulas per duas maximas tertio enumeratas in dubio procedenti: et tenet utriusque tribus

*Prima p. aqua n. ad*  
*secunda p. aqua n. ad*  
*tertia p. aqua n. ad*  
*quarta p. aqua n. ad*  
*quinta p. aqua n. ad*  
*sexta p. aqua n. ad*  
*septima p. aqua n. ad*  
*octava p. aqua n. ad*  
*nona p. aqua n. ad*  
*decima p. aqua n. ad*  
*undecima p. aqua n. ad*  
*duodecima p. aqua n. ad*

*Secunda p. aqua n. ad*

*Secundus*  
*tertius*  
*quartus*  
*quintus*  
*sextus*  
*septimus*  
*octavus*  
*nonus*  
*decimus*  
*undecimus*  
*duodecimus*

conditionibus obseruatis. Prima est qd illud quod apponitur non sit forma illius cui apponitur. defectu cuius non sequitur albedo addita fori facit fortem album qui prius non erat albus. ergo albedo est vel erat prius alba. Nec sequitur: anima addita corpozi facit ipsum animatum. ergo anima est vel erat prius animata. Secunda conditio: qd propter appositionem vnius ad alterum non reddatur resultans tale per alterationem illoꝝ inter se. Ideo non sequitur: aqua addita calci: reddit calcem calidam. ergo aqua est vel erat prius calida. Nec sequitur: calidissimi additum frigidissimo facit resultans tepidum: ergo calidissimi est vel erat prius tepidum. Tertia conditio: qd appositum non faciat aliud tale per accidens. ideo non sequitur: diuitie appositae homini reddunt hominem peiorē. ergo diuitie sunt male. Ad tertiam partem dubij respondetur per vnum dictum. Locus a fm qd ad simpliciter tenet formaliter constructiue 4<sup>o</sup> conditionibus obseruatis. Prima est qd determinatio faciens dictum fm quid sit natura conuenire toti: et non sit restricta ad partē que non sufficiat denominare totum. ideo non sequitur: ethiops est albus fm dētes. ergo ethiops est alb<sup>o</sup>. Secunda conditio qd talis determinatio non conueniat solum dicto simpliciter fm significationem attributiua et min<sup>o</sup> principalem. ideo non sequitur: lapis est homo sculptus. ergo lapis est homo. Tertia conditio qd talis determinatio non faciat dictum simpliciter aliter supponere vel pro alio. ideo non sequitur: chimera est ens in opinione. ergo chimera est ens. Quarta conditio qd talis determinatio et dictum simpliciter non sint determinationes accidentales: nate seinnicē. vno modo denominare et seorsum aliqđ tertium alio modo. ideo non sequitur: fortes est bonus faber. ergo fortes est bonus.

**Ad rationes ante opposituz**  
 Ad primam dicitur qd ad debite arguendum in contradictorijs requiruntur due conditōes. Prima est qd negatio sumatur infinitanter. Secda est qd antecedens sit propositio vniuersalis affirmatiua vel negatiua vel particularis negatiua. ratione cuius hec consequentia non valet. non asin<sup>o</sup> est non homo. Nec ista: homo est animal. ergo non homo est non animal. Requiritur etiam qd in antecedente ponatur constanua terminozum cōsequentis. Ratio qd cōsequentia econtrario terminozum in contradictorijs equipollet conuersioni per contrapositionem. Ad 2<sup>am</sup> dicitur. qd ad debite argu-

endum in contrarijs oportet arguere in predicationibus per se et in contrarijs inter que non est medium. et ad arguendum in priuatiuis oportet arguere in predicatis per se. qd priuatio habet<sup>o</sup> superioris restringitur per priuationem habitus inferioris. Sed ad arguendum in relationaliis sufficit arguere in predicatis per se. Et per hoc respondetur ad tertiam.

finis scđi thopicoꝝ.

*[Faint bleed-through text from the reverse side of the page, mostly illegible.]*

### Interea tertium thopicorum aristotelis Queritur pri-

mo utrum illud quod est in genere sit magis eligendum: eo quod est extra genus: et bonum simpliciter sit melius: eo quod est bonum alicui. Et arguitur primo contra primam partem. quia substantia est magis proprie hoc aliquid quam accidens. ut patet per philosophum quarto metaphysice. ergo substantia est magis proprie hoc aliquid quam accidens. modo iustum est substantia: cum homo sit iustus: et iustitia est accidens. ergo iustum est magis proprie hoc aliquid quam iustitia. et per consequens iustum magis dicitur esse in genere quam iustitia. Secundo sic. Iustum est substantia: et iustitia est accidens. modo quicquid substantia a toto genere melior est et perfectior accidente. ut patet septimo metaphysice. ergo iustitia non est melior iusto. et per consequens non magis competit iustitie esse in genere quam iusto. Tertio sic contra secundam partem arguitur. quia si aliquid est bonum alicui sequitur quod est bonum simpliciter per locum a parte in modo ad suum totum. et etiam e converso. sequitur si est bonum simpliciter: ergo est bonum alicui ergo unum non est dignius altero. In oppositum est aristoteles.

**Sciendum primo.** quod pro declaratione ponuntur tres suppositiones et unum dictum. Prima suppositio est hec. Ex prima parte questionis motu communiter eliduntur tres propositiones. Prima quod iustitia sit hoc aliquid et non iustum. Secunda quod iustitia sit in genere et si iustum. Tertia quod iustum sit melior iusto. Ex quibus sequitur quarta. quod aliquid acci-

dens simpliciter loquendo melius est aliqua substantia. Secunda suppositio que facit ad intellectum suppositionis precedentis est hec. quod per hoc aliquid intelligitur philosophi forma. quia forma est que dat esse rei: et esse hoc aliquid. et non solum intelligit formam substantialem: sed etiam accidentalem que dat esse aliquale vel aliquantum. Sed per non hoc aliquid intelligitur subiectum forme: quod in questionibus huiusmodi est ens in potentia. Tertia suppositio. quod aristoteles in proposito loquitur de genere boni et de bono bonitate naturali: Non autem de bonitate naturali. quod satis patet per hoc quod postea subiungit. Nam hec quidem in genere bono: illud autem non. Ex quo infertur tale dictum. de intentione aristotelis est. quod illud quod est hoc aliquid. scilicet forma iustitie et quod est in genere boni melius est: eo quod non est hoc aliquid nec est proprie in genere boni: nec de per se sicut iustitia que est hoc aliquid: est in genere boni de per se melior est bonitate naturali quam iustum. id est subiectum iustitie a quo circumscribitur iustitia. et illud subiectum ut sic dicitur non hoc aliquid: et etiam non esse in genere boni bonitate naturali. Pro secunda parte questionis ponitur talis distinctio. Bonum simpliciter potest dupliciter intelligi et considerari. Uno modo ut simpliciter tantum valet sicut sine addito: et sic non capitur hic. Alio modo potest capi bonum simpliciter pro eo quod est bonum omnibus vel pluribus. Et bonum alicui capitur pro eo quod est bonum uni soli et paucis: et sic ceteris paribus bonum simpliciter melius est eo quod est bonum alicui. quod ceteris paribus quanto bonum convenit pluribus tanto melius est.

**Sciendum secundo quod tertius** liber thopicorum in quo determinat aristoteles de annexo accidentis. scilicet de compactione finis magis et minus continet duos tractatus. quorum primus continet novem capitula. In primo intendit octo conclusiones. Quarum prima est hec. Dicendum est de duobus vel pluribus quod ipsorum sit magis eligendum. Secunda conclusio. Non oportet determinare de compactione earum que nimium distant. Nam nullus dubitat quod virtus sit magis eligenda quam divitie. Sed dicendum est de his de quibus dubitatur quod eorum sit magis eligendum eo quod non videmus unius ad alterum preminentiam. Tertia igitur tangit unam considerationem que est hec. Diurnum vel certius est magis eligendum: intelligendo ceteris paribus. quod homines sunt meliores lignis et lapidibus quam sunt diurniora. Quanta

## Thopicoꝝ

conclusio tangit scđam cōsiderationē. magis eligendum est quod eligit prudens vel bon⁹ vir vel lex recta vel studiosus circa singula : eo q̄ tales sint sciētes in vnoquoq; genere vl' quecūq; plures vel omnes eligunt. vt in medicina eligendum est quod plures medicorū vel omnes eligunt. Etiam eligendum est qđ generaliter omnes eligunt sicut bonum. Diā enī bonum appetunt. Quinta cōclusio tangit tertiam cōsiderationem. Illud est simpliciter melius ⁊ magis eligendum: quod ē fm̄ meliorem disciplinam. Sed illud est magis eligendum alicui quod est fm̄ propriam disciplinam. Sexta conclusio tangit quartam cōsiderationem: que est hec. Illud quod est hoc aliquid est magis eligendum : eo q̄ non est in genere. vt iustitia iusto. Iustitia enim ē in genere boni: non autem iustum. Septima conclusio tangit quintam cōsiderationē: quod est propter se eligendum est magis eligendum: eo q̄ propter aliud est eligendum. vt sanum esse est magis eligendum q̄ exercitari quod ordinatur ad sanitatem. Octaua conclusio tangit sextam cōsiderationem. Illud quod per se est eligendum est magis eligendum q̄ illud quod per accidens ē eligendum vt magis est eligendum amicos iustos q̄ inimicos. Volumus enī amicos esse iustos ⁊ si nihil inde debeat fieri nobis: ⁊ etiā si sint apud iudeos. Sed volumus per accidens inimicos esse iustos: vt nihil nobis nocent.

**Sciendū tertio. q̄ secundū capitulū in quo aristoteles determinat de bono comparato fm̄ modum causalitatis: continet quatuor particulas. quarū prima tangit duas conclusiōes de bono comparato ad genus cause efficiētis. Quarum prima est hec. Illud qđ est causa per se boni magis est eligendū eo q̄ est per accidens. vt virtus est magis eligenda q̄ fortuna. Secda conclusio. Illud quod est per se causa mali magis est fugiendū q̄ quod per accidens. vt vitium est magis fugiendū q̄ casus spetiei. In secūda particula tangit tres conclusiōes inspitiēdo ad causā formalem. Prima conclusio tangit primā cōsiderationem. Illud quod ē simpliciter bonum magis est eligendum: eo q̄ est solū bonum alicui. vt sanum fieri quod est bonū simpliciter magis est eligendum q̄ secare quod solum est bonum alicui: scilz indigenti sectione. Secunda conclusio tangit scđam cōsiderationem quod est bonū a natura magis**

est eligendum eo q̄ non est bonum a natura vt iustitia que est bonum a natura magis est eligenda q̄ iustum quod est bonum acquisitum. Tertia conclusio tangit tertiam cōsiderationē: qđ meliori ⁊ honorabiliori inest illud est magis eligendū. vt quod inest deo q̄ quod inest homini. ⁊ anime q̄ quod inest corpore. In tertia particula ponit duas cōclusiōnes inspitiēdo ad causam efficiētē. Prima conclusio tangit vnam cōsiderationem: quod est propriū melioris ē melius illo qđ est propriū peioris. vt quod dei q̄ hominis. Nam licet deus ⁊ homo habeant vnam cōuenientiam: differunt tamen adinuitē in proprijs differentijs. Secda conclusio tangit secundam cōsiderationem. quod est in melioribus vel in prioribus vel in honorabilioribus est melius. vt sanitas melior est robore vel de core. q̄ sanitas cōsistit in humidis ⁊ siccis: ex quibus prius constitutum est animal. Sed robur consistit in neruis ⁊ ossibus. decore autem est quedam cōmensuratio membrorum. In quarta parte ponit quatuor cōclusiōes inspitiēdo ad finem. Prima tangit vnam cōsiderationem. Finis ē magis eligendus q̄ ea que sunt ad finem. Secda conclusio tangit scđam cōsiderationem. quod est in medio ordinatoꝝ quod est propinquius fini magis est eligendum. Et subdit q̄ illud est vite magis appetibile quod est ad finem vite: q̄ quod est ad aliud. vt medium ad beatitudinē magis est eligendum q̄ medium ad prudentiam: ⁊ medium possibile. i. facile magis ē eligendum medio impossibile. i. difficili. Tertia conclusio tangit tertiam cōsiderationem duobus existentibus effectis: cuius finis est melior ipsum est melius. Et subdit quod ad documentum ad cognoscendum meliorem finē ⁊ est illud. Si vnus finis plus super alium finem q̄ alius finis super suū propriū effectum: tunc primus finis est magis eligendus tāq̄ melior. vt beatitudo plus super sanitatē q̄ sanitas sanati. ergo effectū beatitudinis ē melius sanitate. Quarta conclusio tangit quartam cōsiderationem. quod est melius per se ⁊ honorabilius ⁊ laudabili⁹ id est magis eligendum. vt amicitia diuitijs: ⁊ iustitia sanitate ⁊ robore. Nā nullus honorat diuitias propter se: sed propter aliud. amicitiam vero propter se: ⁊ si nihil propter eam debeat nobis inesse. Consequenter in tertio capitulo determinat de bonis comparatis ad pluralitatē ⁊ paucitatē: ⁊ continet quinq; cōclusiōes. Prima

tangit vnam considerationem. quodcumque erunt aliqua duo sibi inuicem valde similia: ita quod non possumus conspiciere preminentiam vnius ad alterum videndum est ad presequentiā ipsorum: quia cuius consequens est magis bonum id est magis eligendum. Si autem consequentia sint mala: cuius est minus malum id est magis eligendum. Secunda conclusio tangit secundam considerationem. plura bona sunt paucioribus bonis magis eligenda. Et subdit vnam instantiam: vbi vnum est eligendum propter alterum vnum tamen est magis eligendum quod vtriusque. vt sanitas et sanum fieri non sunt magis eligenda quam sanitas per se: eo quod sanus fieri eligimus propter sanitatem. Tertia conclusio tangit tertiam considerationem. nihil prohibet non bona esse magis eligenda quibusdam bonis. vt beatitudo et aliquid aliud quod non est bonum sicut debilitas sunt magis eligenda iustitia et fortitudine. Quarta conclusio tangit quartam considerationem. eadem bona sunt magis eligenda cum voluptate quam sine voluptate. Quinta conclusio tangit quintam considerationem. eadem bona sunt magis eligenda sine tristitia quam cum tristitia.

**Conclusio responsalis.** illud quod est in genere est magis eligendum illo quod non est in genere: et bonum simpliciter est magis eligendum eo quod est bonum alicui. vt ad sensum declaratum est in primo notabili.

**Dubitat primo. Vtrius annexum accidentis per locum a generatione et corruptione sit cognoscibile.** Pro dubio supponitur quod aristoteles in quarto capitulo determinat de bono comparato ad tempus: ad indigentiam: et ad generationes et corruptiones: et continet tres conclusiones. Prima tangit duas considerationes de bono comparato ad tempus. Prima est hec. vnumquodque est magis eligendum in tempore in quo magis valet. Patet tribus exemplis. Primum exemplum. tristitia est magis eligenda in senectute quam in iuuentute. Secundum exemplum. vt prudentia est magis eligenda in senectute quam in iuuentute. Nemo enim iuuenes eligit duces: eo quod non constat eos esse prudentes: sed fortitudo magis est necessaria in iuuentute quam in senectute. Tertium exemplum. vt temperantia est magis eligenda in iuuentute quam in senectute. Magis enim iuuenes quam senes concupiscentiis molestantur. Secunda consideratio. Illud quod in omni tempore vel in pluribus est vtilius hoc est magis eli-

gendum. vt iustitia et temperantia que sunt semper vtilis sunt magis eligende quam fortitudo: que aliquando est vtilis. Secunda conclusio tangit vnam considerationem de bono comparato ad indigentiam. et est hec. Illud quo habito non indigemus altero est magis eligendum quam illud quo habito indigemus altero. vt iustitia est magis eligenda fortitudine. Nam si omnes essent iusti nihil esset vtilis fortitudo. Si autem omnes essent fortes adhuc esset vtilis iustitia. Tertia conclusio tangit vnam considerationem de bono comparato ad generationes et corruptiones: et est hec. quorum corruptiones et abiectioes sunt fugiende ipsa sunt magis eligenda et quorum generationes et sumptiones sunt magis eligende: ipsa sunt magis eligenda. Longe sequenter in quinto capitulo determinat de bono comparato penes proximitatem et similitudinem. et intendit quatuor conclusiones. Prima tangit vnam considerationem que est hec. quod est proximius bono est magis eligendum. Secunda conclusio. Quod est bono similius est magis eligendum. vt iustitia iusto. Tertia conclusio. Quod est meliori similius est magis eligendum. vt dicunt quidam ayacem esse meliorem vlixe: eo quod ayax sit melior achille. Et subdit vnam instantiam. quod nihil prohibet ayacem esse meliorem achille non in eo quod optimus est. Solutum quod si sit solum similis in ridiculioribus: non oportet quod sit melior. vt simia que est similior homini quam equus: et tamen simia non est melior equo. Quarta conclusio. Illud quod est similius meliori est melius et magis eligendum quam id quod est similius peiori. Subdit instantiam. quod nihil prohibet illum qui est similis meliori parum similem esse: aut qui est similis peiori contingit esse valde similem in melioribus. vt si ayax sit parum similis achilli: et vlixes sit valde similis nestori: sic quod ayax sit parum similis achilli in peioribus: et vlixes sit nestori peiori valde similis in melioribus. et equus est magis similis asino in melioribus: Simia vero est magis similis homini in peioribus. Hanc instantiam non soluit aristoteles: sed posset solui sicut precedens. et per hanc responsio ad dubium.

**Dubitat secundo. Vtrius illud quod est ad acquirendum difficilius sit magis eligendum.** Pro dubio supponitur. quod in sexto capitulo determinat de bono comparato penes nobilitatem et difficultatem. et intendit. xiiii. conclusiones. que sunt. xiiii. conclusiones. Prima est hec. Nobilius est magis eligendum: eo quod est minus nobilitate. Secunda

## Thopicoꝝ.

cōclusio. Quod ē ad acquirendū difficilius. i. magis eligendū. magis enī amam<sup>9</sup> cū babe mus qd nō ē facile sim<sup>9</sup>. Tertia 2<sup>o</sup>. Illud qd est magis ppriū ē magis eligendū: eo qd est cōius. Quarta cōclusio. Illud ad quod nulla difficultas sequit<sup>9</sup>: ē magis eligendū q̄ illud ad qd sequit<sup>9</sup> difficultas. Quinta con clusio. Si hoc sit meli<sup>9</sup> illo: optimū huius erit melius optimū illi<sup>9</sup>. vt hō est melior q̄ equ<sup>9</sup>. ideo optimus hō est melior optimo eq̄. z ecō tra: si optimū huius sit meli<sup>9</sup> optimo illius: et simpliciter hō erit melius illo. vt si optimus hō sit melior optio equo: z hō simpliciter erit me lior equo. Sexta cōclusio. Illa sunt magis eligenda: in quib<sup>9</sup> amici possunt picipare: q̄ illa in quib<sup>9</sup> non possunt picipare. Septi ma cōclusio. Illud ē magis eligendū qd vo lum<sup>9</sup> ad amici facere q̄ illud quod volumus ad quēlibet facere vt iuste agere z bñfacere: ē magis eligendū q̄ videre bñfacere. nā ami cis bene volum<sup>9</sup> facere: alijs autem sufficit vi deri benefacere. Octava cōclusio. Ista sūt meliora z magis eligēda que sumunt cū cir cūstantijs necessarijs. vt bene viuere qd ē bo nū ex circūstantia est magis eligendum q̄ vi uere qd est bonū simpliciter. Nonā cōclu sio. Aliqñ meliora nō sunt magis eligēda. vt philofophari simpliciter melius est q̄ vitari: tñ indigenti meli<sup>9</sup> est vitari eligendū q̄ phi lofophari. Decima cōclusio. Bonū ex circū stantia est magis eligendū bono necessario. Undecima cōclusio. Qd nō indiget alio ma gis ē eligendū q̄ illud quod alio indiget. vt iustitia fortitudine. Duodecima conclusio. Quod nō est eligendum sine alio: z aliud nō est eligendū sine eo: illud est magis eligēdū vt potestas sine prudētia nō est eligēda. pru dentia vō sine potestate ē eligēda. Tredec ima conclusio. Quicūq; aliqua duo sic se hñt qd negam<sup>9</sup> vnū nobis inesse vt reliquū videat ur nobis inesse tñ. illud qd volum<sup>9</sup> nobis vi deri inesse est magis eligendū. vt ingeniosū esse magis est eligendū inesse q̄ studere. nā studere negamus vt ingeniosi eē videamur. Decimaquarta cōclusio. Siquis amittēs duo bona de quib<sup>9</sup> grauer contristet: tunc de e<sup>9</sup> tristitia minus est increpādus ē magis eligē dum. Sed si de altero amisso nō tristat ma gis sit increpandus: tunc ipsum est magis eligendum. vt si perdens sciam z pecuniam nō tristetur. de perditione sciētie magis sit in crepandus q̄ de amissione pecunie: tunc sciē tia ē eligibilior pecunia. z ex hoc patet solu tio ad dubium.

Dubitat<sup>9</sup> tertio vtrū pro prium bonū sit magis eligendū bono comu ni. Respondet per vnam distinctionē: z tria dicta. Distinctio est hec. Duplex est bonum proprium. quoniam ē cuius vsus vnus nō im pedit vsus alterius: sicut est de lumine in or dine ad vsus. Aliud ē bonū cuius vsus vn<sup>9</sup> impedit vsus alteri<sup>9</sup>. vt pecunia vel equus q̄ si ab vno possideat impedit vsus alteri<sup>9</sup> cir ca ea. Primi dictum. Bonū primo modo dictum quanto est cōmunius tanto ē melius: saltē de per se vel per accidens. Et sic intelli gitur dictum aristotilis primo ethicoꝝ dicen tis: qd quanto bonū est cōmunius tanto meli<sup>9</sup> est z diuini<sup>9</sup>. sic etiam intelligit consideratio superius posita in isto tertio qd simpliciter bo nū est magis eligendum: eo qd alicui est bo num. Scdm dictum. Bonū 2<sup>o</sup> modo dictū quanto est magis propriū alicui tanto est sibi melius. vt melius ē homini vni qd vnus equ<sup>9</sup> sit solum sui q̄ sui: z cū hoc alteri<sup>9</sup>. Tertius dictum. Licet bonū 2<sup>o</sup> modo dictum quanto magis est propriū tanto sit melius illi: tñ non sequitur qd sit meli<sup>9</sup> simpliciter. qd simpliciter bonum quod est cōmuni<sup>9</sup> dicitur simpliciter melius: eo qd bonū sui ipsius sit diffutiuū. Su peraddunt insuper tres difficultates pro de claratione text<sup>9</sup>. Prima. vtz nō bona quibus dam bonis sint eligibilia. Et videtur qd nō. qd si sic: sequerē qd malū in aliquo casu esset eligibile: imo etiam peccatū mortale esset eli gibile cum iungeret cum alio maiori bono. Respondetur per vnā distinctionē: duo dicta z vnam suppositionē. Suppositio est hec. nō bona dicuntur aliqua duo: quorum vnū ē bonum z aliud nō bonum: quod tñ non ē ma lum moraliter. Distinctio est hec. Duplex ē malum. quoniam est malū: fm se: sic qd propter quēcūq; finem fiat semper est malum: sicut ē odium dei. Aliud est malum quod lz fm se sit malum tñ propter ordinationem eius ad de bitum sine potest reddi bonū. vt sustinere fa mē vel frigus est de se malum. tñ sustinere fa mē vel frigus propter scientiam consequen dam non est malum. Primi dictū. Si ali qua sint non bona: ita qd vnum sit malum pri mo modo: illa nō sūt eligibilia: sicut felicitas z odium dei. Scdm dictū. Aliqua non bo na: scz quoz vnum est bonum eminēs: z alte rum est malum z<sup>o</sup> modo: illa sunt bene eligē da. sicut esse in luto z habere centum marcas auri sunt eligibilia: q̄ habere duos dena rios. Similiter summa felicitas cum parua febre sunt eligibilia q̄ scientia z diuitie.



Ad rationē dicitur q̄ homo eligēdo malum primo mō peccaret mortaliter nō aut eligēdo malū 2<sup>o</sup> modo. Scōda difficultas. vtrū si oēs homines essent iusti nō indigerem<sup>o</sup> fortitudine. Respondet per tres distinctiones: 2 tria dicta. Prima distinctio est hec. Duplex ē fortitudo. quedā ē corporalis fm quā. s. homo pōt portare magnū pondus: 2 de illa nō intēdit are<sup>1<sup>o</sup></sup>. q̄ q̄nto homines essent iusti adhuc indigerēt tali fortitudine. q̄ adhuc indigerēt laborare ad subueniendum necessarijs ad vitā a quibus nō preseruaret nos iustitia. Alia ē fortitudo moralis de q̄ est in presenti sermo: 2 ē quidam habitus moderati<sup>o</sup> passiu<sup>o</sup> sic nū. q̄ sunt timor 2 audacia. Scōda distinctio. fortitudo moralis duplices habet actū. q̄dam ē interior 2 est electio ad aggrediendūz terribilia: vel expectandū vel fugiendū tpe et loco cōgruis fm dictamen rōnis. Ali<sup>o</sup> est act<sup>o</sup> exterior q̄ ē exercitatio vel executio corporalis. vt pugna cōtra bellicosos vel iniustus: vel circa ferocia aialia. Primū dictū. si oēs homines essent iusti adhuc indigerem<sup>o</sup> fortitudine capiēdo fortitudinē tā pro ipsa virtute q̄ pro actu interiori. Patet. q̄ fortitudo que ē virt<sup>o</sup> 2 etiā act<sup>o</sup> eius interioris sunt quedā pfectiones aie ipsam intrinsece pficiētes. ergo si oēs hoies essent iusti adhuc indigerem<sup>o</sup> fortitudine. Scōz dictū. si omnes hoies essent iusti adhuc indigerem<sup>o</sup> actu exteriori fortitudinis. p̄z q̄ adhuc indigerem<sup>o</sup> exercitatio bellico cōtra feras. Tertiu dictū. si oēs hoies essent iusti nō indigerem<sup>o</sup> actu exteriori fortitudinis circa hoies. Patet. q̄ si oēs homines essent iusti: tūc vnusq̄q̄ veller tribuere alteri qd̄ suū est. 2 ideo non esset cā belli. Tertia difficultas. vtz illud qd̄ est difficili<sup>o</sup> sit eligibilis. Respondet per vnā distinctiōez 2 tria dicta. Distinctio ē hec. difficultas rei potest dupliciter attendi. Vno mō ex pre vsus. Alio mō ex pre acquisitionis. Primū dictū est illud. res que ē difficili<sup>o</sup> vsus ceteris parib<sup>o</sup> nō est melior. Patet. q̄ difficultas acquisitionis est quedā acq̄sitiō malitie 2 fatiēs ad maiorē eligibilitatē. iō dicit are<sup>1<sup>o</sup></sup> q̄ ea ad q̄ nulla difficultas seq̄ sunt eligibiliora. Scōm dictū. illa res que ē difficili<sup>o</sup> acq̄sitiōis anteq̄ acquirat: ē minus eligibilis. patet sicut p̄cedens. Tertiu dictū. res acq̄sita que cuz maiori difficultate fuit acq̄sita ceteris paribus est magis eligibilis q̄ ad cōseruationem Ita q̄ eligibil<sup>o</sup> est ipsum cōseruare q̄ aliā ceteris parib<sup>o</sup>. Rō est. q̄ talis res nō ita de facili acquirif sic: alia. Rationes aut oppo-

tum solunt ex primo notabili:

**Queritur secundo. Vtrum illud quod ē additū alteri fatiēs ipsum magis tale sit magis tale. Et videt q̄ non. q̄ sol facit terram magis calidā q̄ lignū: 2 tñ sol nō est magis calid<sup>o</sup> q̄ lignū q̄ tñ. Scōdo sic. Paruus ignis cui apporimat calefacibile facit ipsum magis calidū q̄ magn<sup>o</sup> ignis cui non ita calefacibile apporimat: 2 tñ paru<sup>o</sup> ignis nō est magis calidus q̄ magn<sup>o</sup> q̄ tñ. Tertio sic. Albedo maior apposita alicui subiecto facit ipsum magis albu<sup>o</sup> q̄ minor albedo: 2 tñ maior albedo nō est magis alba: cū idē de se ipso nō predicet denoiatue. In oppositum est are<sup>1<sup>o</sup></sup>.**

**Sciendū primo. q̄ in septimo capitulo dat p̄hs sex cōsiderationes de bono cōmpato penes virtutē: 2 fm hoc sunt sex cōclusiones. Prima ē hec. Eoz que sūt eius dē sp̄iei illud qd̄ habet propriā virtutē ē magis eligendū: eo q̄ nō habet: 2 vtriq̄q̄ habentib<sup>o</sup> propriā virtutē illud ē magis eligendū qd̄ maiorē hz virtutē. Scōda cōclusio. Illud qd̄ additū alicui facit ipsum bonū magis est eligendū q̄ illud qd̄ sibi additū nō facit ipsum bonū. Et si ambo fatiat illud est magis eligendū q̄ facit ipsum magis bonū. patet per sile. q̄ illud est calid<sup>o</sup> qd̄ calefacit q̄ illud quod nō calefacit 2 ambob<sup>o</sup> calefacientibus illud qd̄ magis calefacit ē calid<sup>o</sup>. Tertia cōclusio. Illud qd̄ facit principal<sup>o</sup> esse bonū magis ē eligendū q̄ illud qd̄ facit minus principale. vt virt<sup>o</sup> que facit aiam bonam magis ē eligenda q̄ sanitas q̄ facit corp<sup>o</sup> bonū. Quarta cōclusio. Inspiciēdo in casib<sup>o</sup> 2 vsib<sup>o</sup> actib<sup>o</sup> 2 operib<sup>o</sup>. q̄ si hoc sit magis eligendū tūc casus vsus 2 opatio eius magis debet eligi q̄ casus vsus 2 opatio alteri. vt si illud qd̄ iuste fit sit magis eligēdū q̄ illud qd̄ fortiter fit: tūc iustitia ē magis eligēda q̄ fortitudo Silt<sup>o</sup> autem 2 in alijs. Quinta cōclusio. Si aliquid additū alteri fatiat ipsum magis bonū: 2 aliud additū sibi fatiat ipsum minus bonū. illud qd̄ magis facit bonū: illud ē magis eligendū. Sexta cōclusio. Illud ē magis eligendū cui<sup>o</sup> superabundātia ē magis eligenda. vt amicitia ē magis eligenda pecunijs. su perabundātia amicitie ē magis eligēda q̄ su perabundātia pecuniari.**

**Sciendū secundo. q̄ in octavo capitulo in octo cōclusionib<sup>o</sup> tāgit octo cōsideratiōes de bono cōmpato penes appositōes**

## Thopicorum

oblationem. Prima est. si aliquid appositum alteri faciat totum aggregatum magis eligendum: et aliud eidem additum faciat totum aggregatum minus eligendum: tunc primum est magis eligendum. Et subdit quod hec consideratio. non habet veritatem quando unum illorum quod addunt est instrumentum illius cui fit additio et alterum non. licet enim falsum sit magis eligenda quam ferrum: tamen ferrum sociatum cum arte fabricandi magis est eligendum quam falsum socium arte fabricatoria. Secunda conclusio. illud est magis eligendum quo remoto ab aliquo illud a quo remouetur remanet minus bonum. Tertia conclusio. illud est magis eligendum quod est eligendum propter se quam illud quod est eligendum propter gloriam. ut sanitas est magis eligenda quam decor. Dicit enim illud esse ad gloriam quod nullo sciente non festinaret inesse. Quarta conclusio. illud quod eligitur propter se et propter gloriam simul est magis eligendum quam illud quod eligitur propter gloriam tantum. Quinta conclusio. si aliquid duo sint eligenda propter se et propter gloriam: illud quod est honorabilibus est magis eligendum. Sexta conclusio. illud quod est ad omnia vel ad plura utile est magis eligendum. Septima conclusio. quod est propter melius magis est eligendum. ut illud quod est propter virtutem est magis eligendum quam illud quod est propter delectationem. et sic: illud est magis fugiendum quod est maioris boni impedimentum. ut egritudo est magis fugienda feditate. id est. in puritudine quod egritudo est impedimento studiositatis virtutis et voluptatis. Octava conclusio. illud est magis eligendum quod semper est eligendum quam illud quod quandoque est eligendum et quandoque fugiendum.

**Sciendum tertio quod nonum capi** tulum continet duas partes. In primo determinat de bono tractato et non parato: ponendo duas considerationes factas in duabus conclusionibus. Prima est hec. si illud quod est magis utile sit magis eligendum: etiam utile est eligendum. et si honorabilius sit magis eligendum: etiam honorabile est eligendum. Secunda conclusio. illud quod naturaliter est bonum est eligendum. In secunda parte in septem conclusionibus tangit septem considerationes de bono parato et non tractato. Prima est hec. quod est naturaliter tale est magis tale quam illud quod non est naturaliter tale. Secunda illud quod facit aliud tale est magis tale quam aliud quod non facit ipsum tale. et si utraque faciat talia. illud quod magis facit est magis tale. Tertia si aliquid duo parantur ad aliquid quod tertium et unum sit magis tale quam illud tertium: et aliud sit minus tale: tunc primum est magis tale utroque eorum. Quarta. si aliquid additum alteri fa-

ciat totum magis tale et aliud eidem additum facit totum minus tale: tunc primum est magis tale. Quinta illud quo ab alio remoto facit ipsum minus tale. ipsum est magis tale: Sexta. illa que sunt impmixtura suis contrariis sunt magis talia. ut illud est albius quod est nigro impmixtum. Septima illud cui magis puenit deo ipsum est magis tale: ut si deo albi sit color disgregatum visus. illud est albius quod est magis color disgregatum visus.

**Conclusio responsalis si aliquid** apopositi alteri faciat ipsum magis tale tunc illud erit magis tale. Et debet hec conclusio intelligi in causis efficientibus uniuocis que scilicet suscipiunt denominationes effectus sui. debet etiam intelligi in causis naturalibus et non voluntariis. Ad eandem etiam faciunt conditiones prius enumeratae in secunda parte secundi libri questionis vltime.

**Dubitatur primo utrum pro-** pleuma particulare sit eiusdem locis dialecticis terminandum sic propleuma vltimo. Pro dubio supponitur quod aristoteles in secundo tractatu de terminis. propleuma particulare. Et dicitur duo capitula. In primo intendit sex conclusiones scilicet que sunt sex considerationes. Prima est hec. propleuma particulare est eodem modo terminandum sicut vltimo. Nam intermixtes constituentis siue constituentes vltimo interimunt et destrunt particulare. ut si probetur quod omni inest: etiam probatum est quod alicui inest. Et si fuerit probatum quod nulli inest etiam erit probatum quod alicui non inest. Secunda conclusio ad terminandum propleuma particulare inspiciendum est ad locum ab oppositis: a coniugatis: et a casibus. Patet exemplo. primo in oppositis contrarie. nam sicut sequitur si omnis voluptas est bona: quod omnis tristitia est mala. ita sequitur: si aliqua voluptas sit bona: quod aliqua tristitia sit mala. Secundo patet de probatiuis. ut si aliquid sensus non est potentia: quodam insensibilitas non est impotentia. Tertio patet de relatis. ut si quantum oppiatum sit disciplinatum: quodam opinio erit disciplina. Quarto patet de iudicialibus. ut si quantum iniustum sit malum: quantum iustum erit bonum. Quinto patet de casibus. ut si iniustum sit malum: quod iuste sit bene fit. et si quantum delectabile sit fugiendum: sequitur quod quodam delectatio erit fugienda: pro locum a coniugatis. Et etiam per eundem locum sequitur quod si aliquid delectabile sit proficiens: quodam delectatio est bona. Tertia conclusio. ad terminandum propleuma particulare inspiciendum in generationibus et generatiuis et similibus in corruptiuis et corruptiuis. Patet

tribus exemplis. Primum exemplum. quod si aliquod corruptivum delectationis et discipline sit bonum quodam delectatio et disciplina erit mala. Secundum exemplum. si quodam corruptio discipline sit bona vel eius generatio sit mala: quodam disciplina erit mala. Tertium exemplum. si oblitusci feda id est turpia quae aliquis agit sit bonum vel ea reminisci sit malum: tunc scire illa erit malum. Quarta conclusio. ad terminandum propleumata particularia inspiciendum est ad locos a maiori: a minori: et a simili. Et subdit differentiam inter istos locos. quia locus a maiori solum tenet destructivum. ut si disciplina videatur magis bonum quam voluptas: tunc si aliquid disciplina non sit bona: etiam aliqua voluptas non erit bona. Sed locus a minori tenet constructivum. ut si voluptas videatur minus bona quam disciplina: tunc si voluptas sit bona: etiam disciplina erit bona. Sed locus a simili tenet tam constructivum quam destructivum. ut si quodam potestas sit bona: quodam disciplina erit bona. Et si nulla potestas sit bona: nulla disciplina erit bona. et hoc si potestas et disciplina sint bona. Quinta conclusio. si illud quod videtur maxime inesse non in sit: tunc nihil in erit. ut si prudentia non in sit: tunc nulla alia disciplina erit bona. Sexta ad terminandum propleumata particularia inspiciendum est ad locum ex hypothese. quia si fuerit concessum sic esse vel non esse in omnibus sicut est in uno: tunc si fuerit probatum de uno: etiam probatum est de omnibus. ut si fuerit concessum quod si anima hominis sit immortalis: quod omnes alie erunt immortales: tunc si probaverim animam hominis esse immortalem: simul probaverim omnes alias esse immortales.

da particula ostendit arestoreles quatuor conclusiones. Quarum pma est hec. fallacia q fm quid ad simpliciter fit quando aliquod dictum solum inest fm quid et sumis inesse simpliciter. patet tribus exemplis. Primum est istud. quod est opinabile est. z quod non est est opinabile. ergo quod non est e. Soluit negando consequentiam. quia non est idem ee fm quid et esse simpliciter: sicut esse opinabile et esse: Scdm exemplum. quod non est homo: non est substantia. s; aliquid est quod non est homo. g aliquid est quod non est. soluit vt prius negando consequentiam. Tertiu exemplum. indus id est erbiops est niger. z indus est albus fm dentes. ergo est albus z niger: et sic erit albus et non albus. Et subdit qz in aliquibus difficile est cognoscere defectum. et h contringit quauo vtrumqz oppositorum videtur inesse sbiecto. similiter siue equaliter. vt si vna medietas rei sit alba: et alia medietas sit nigra: dubium est vtru totum sit album vel nigrum. Scda conclusio. sillogismi fallacie ignorantie elenci habent fieri qn obmittitur aliquid pertinens ad orationez sillogismi aut elenci: Est enim elencus cotradictio vnius et eiusdem non nominis tantum: nec rei tantum: sed nominis et rei simul: non sinonomi: sed eiusdem ex bis que data sunt de necessitate accidere: no conumerato quod erat in principio: ad idem: fm idem: similif: et in eodem tempore. Et subdit duo exempla Primum exemplum est. duo sunt duplu vnius: et non sunt duplum trium. ergo sunt duplum et non duplum. Soluit qz hoc est respectu diuersorum: et non ad idem. Scdm exemplum est istud. Istud est duplum fm longitudinem: et non est duplum fm latitudine ergo est duplum et non duplu. Soluit qz no arguitur fm idem. Tertia conclusio. fallacia petitionis principij fit totiens quotiens cotingit petere hoc quod est in principio. et puenit ex hoc qz non possumus inspicere vtru conclusio fit eadem vel diuersa a premissis. Ex hoc patet qz causa apparentie est apparet diuersitas antecedentis et consequentis. Lausa vero defectus est eozu idempitas. Quarta conclusio. Fallacia consequentis fit quando

credimus consequentiam conuerti q tamē nō potest conuerti. quia cum antecedens est: de necessitate consequens est: sed cum psequens est: putamus antecedens ex necessitate esse. hoc daclarat sex exemplis. Primum est. si mel est: rubium est. ergo si rubium est: mel e Soluitur negando consequentiam. quia arguitur a positione consequentis ad positionez antecedentis. Scdm exemplum est. si pluit: terra est madida. ergo si terra e madida: pluit. Tertium exemplum. iste est comptus. g est adulter. Quartum exemplum. iste est erabundus de nocte. ergo est fur. Ad hec oia responderetur per negationem consequentie. quia arguitur a positione consequentis ad positionem antecedentis. Quintum exemplum est ratio mellisi per quam probabat qz vniuersum est infinitum. et arguebat sic. quod e factum: habet principiu. g quod non est factum: non habet principiu. sed vniuersum non est factum. quia ex nibilo nihil fit. g vniuersum non habet principiu. et per consequens est infinitum. Respondet arestoreles negando primam consequentiam. non enim sequitur omne quod est factum habet principiu. ergo quod habet principiu est factu Sextum si aliquis sit febricitans ipse est calidus. ergo si ipse sit calidus ipse est febricitans

**Sciendum tertio qz in tertia**

particula inendit arestoreles duas conclusiones. Prima est hec. fallacia fm non causa vt causam comittitur quando assumitur aliqz premissa que non est causa falsitatis conclusionis: et tamē creditur qz ipsa sit premissa ppter quam sequitur talis conclusio falsa. Et subdit qz solum habet fieri in sillogismo ad impossibile. Quod pater. quia solum habet fieri in illo sillogismo. in quo necesse est interire aliquam premissam. s; hoc solum cotingit in sillogismo ad impossibile. Adior patet vno exemplo. vt si fit illa ypothesis: anima et vita sunt idem: et arguatur sic. Anima z vita non sunt idem: z si generatio alicui corruptioni sit contraria: necesse est aliquam generationem alicui corruptioni esse contrariam. sed mors est quedam corruptio contraria vite. g vita est generatio: et viuere est generari. sed illud consequens e impossibile. ergo impossibile est animam et vitam esse idem. Respondet arestoreles qz licet conclusio sit impossibilis: non tamen hoc prouenit propter illa ypothesim: aia z vita nō sunt idem: sed propter istam minorem: mors e corruptio cotraria vite.

Ex istis infert aristoteles q̄ ista conclusio nō est insillogisata simpliciter. sed est insillogisata ad propositum. quia cōclusio non inferitur ex alia premissa que postea interimitur. Et subdit q̄ per hanc fallatiam contingit ita bene interimentes id est opinantes de ipi sicut respondentes. Secūda conclusio. fallatia fm plures interrogaciones vt vnam fit quando plures interrogaciones sumuntur s̄ vno interrogante: et ad eas datur vna responsio: ac si esset interrogatio vna. patet quatuor exemplis. Primum vnum terra fit celum aut mare. Scdm exemplum. vt si dicatur. est ne hic et hic homo. si dicatur q̄ sic. ergo q̄ percussit hunc et hunc: percussit hominem et nō homines. Tertium exemplum. demonstratis duobus quorum vnum sit bonum et alterum malum vtrum illa sint bona vel non bona. Si dicatur q̄ sint bona: sequitur q̄ aliquod non bonum est bonum. Et subdit q̄ aliquando respondens est redargutus si responderet affirmatiue: Aliquando vero apparenter si responderetur negatiue. Subdit secundo q̄ si data fuerit responsio negatiua: tunc ex aliquibus suppositis contingit facere verum elencus cōtra respondentem. Quarum exemplum. demonstrato vno ceco et alio vidente vtrum ista sint ceca vel non ceca. Addit q̄ multoties cōtingit deceptio eo q̄ similiter diffinim⁹ res in singulari et in plurali. vt cecum est quod non habet visum: natum est tamen habere. sed ceca sunt que non habent visus: nata sunt tamen habere.

**Conclusio responsalis.** tantum sunt septem fallacie extra dictionem. Conclusio satis patet ex dictis.

**Dubitatur primo vtrū scutū** cuius medietas est alba: et alia nigra: sit albu vel nigrum. Respondetur per tria dicta. Primum dictum est tale. scutum non est albu nec nigrum. quia nihil denominatur simpliciter tale nisi maior pars eius fm quolibet sui sit talis. Scdm dictū. ista copulatiua est falsa: Istud scutum est nigrum et istud scutum est album. et similiter disiunctiua sibi correspondens est falsa. Tertium dictum. ista de copulato predicato: istud scutum est album et nigrum est vera sicut ista conceditur vera si sit de copulato predicato quinq; sunt duo et tria. Nec requiritur quodlibet corpus eē coloratum: sed sufficit q̄ omne corpus sit coloratum aut coloratis. Et proportionabiliter dicetur q̄ ista est falsa: Illa sunt ceca: demō-

strato vno ceco et alio vidente. declaratur y duas regulas. Quarum prima est hec. a propositione affirmatiua de copula pluralis numeri: ad duas affirmatiuas copulatiue sumptas de copula singularis numeri est bona cōsequentiā. vt bene sequitur. isti currunt. ergo iste currit: et iste currit. Scda regula. a negatiua pluralis numeri ad duas negatiuas disiunctiue sumptas de copula singularis numeri ē bona consequentiā. vt bene sequitur. Ista non sūt ceca. q̄ ille non est cecus: vel ille non est cecus. Ex his inferuntur tria correlaria. Primum est q̄ casu stante: ista est falsa: Illa sunt non ceca. patet. quia equipollet vni copulatiue false. Scdm correlarium. ista est falsa. ista non sunt ceca. q̄ similiter equipollet vni copulatiue false de predicatis infinitis. Tertium correlarium. iste due sunt vere. Ista non sunt ceca: et ista non sunt videntia. quia quelibet illarum equipollet vni disiunctiue cuius altera pars est vera.

**Dubitatur secūdo vtrū fallacie** extra dictionem sumant suas causas apparentie ex parte rei vel sermonis. Pro solutione dubij ponuntur septem partiales difficultates. Prima est hec. quid est accidens a quo denominatur fallatia accidentis. Respondetur q̄ in quolibet paralogismo peccate per fallatiam accidentis requiritur attributum quod dicitur esse predicatum conclusio nis: et res subiecta que est subiectum eius: et accidens quod est medium. quod pro tanto dicitur accis: eo q̄ est extraneum in parte idē et in parte diuersum. Nam in vna premissarū sumitur fm vnam habitudinem eius ad alteram extremitatem: et in alia premissarū sumitur fm aliam habitudinem vel rationē ad alteram extremitatem. Et inde est q̄ partialis ydemptitas accidentis et rei subiecte: prop̄ quam creditur q̄ sicut attributum est natum affirmari vel negari de accidente: sic etiam sit natum vere affirmari vel negari de re subiecta: est causa apparentie. Sed causa defectus est partialis diuersitas accidentis et rei subiecte. Scda difficultas vtrum a quolibet dicto fm quid ad quodlibet simpliciter sit loc⁹ sop̄ histicus. Respondetur per distinctionem. Dicitur fm quid potest dupliciter capi. Vno modo large pro quacūq; dictione sumpta cum aliqua determinatiōe: siue illa sit diuiniens ampliāns vel distrabens aut nō. et sic a dicto fm quid ad simpliciter est bonus locus dialecticus: tenens per locū a parte in mō

# Elenchoz.

ad suum totum. Alio modo capitur dictum fm quid stricte pro quacunq; dictione sumpta cum determinatione: non tamen restringente: s; distrabente ampliante vel diminvente. et sic semper causatur locus sophisticus. Et si q̄ratur quomodo potest cognosci q̄ determinatio sit diminvens vel restringens tantum. Respondetur q̄ quando ratio dicti simpliciter continetur in ratione dicti fm quid in recto respectu copule de presenti: tunc talis determinatio est solū restringens. vt ista determinatio albus: est determinatio restringens respectu huius dicti simpliciter homo. qz ista est vera: homo albus est animal rationale habens albedinem sufficientem ad sui denominationē. Sed quando ratio dicti simpliciter includitur in ratione dicti fm quid in obliquo vel respectu alterius copule q̄ de presenti tūc talis determinatio est distrabens amplians seu diminvens. sicut ista determinatio pictus est distrabens respectu huius dicti simpliciter homo qz homo pictus sic diffinitur q̄ est figuratus ad similitudinē animalis rationalis. similis mortuus est determinatio amplians seu diminvens respectu huius dicti simpliciter homo. qz homo mortuus sic diffinitur: q̄ fuit animal rationale viuens. Ex quo patet q̄ causa apparentie in fallacia fm quid ad simpliciter est apprensus inclusio rationis dicti simpliciter in ratione dicti fm quid. Sed causa defectus est cuiusdam insufficientis inclusio. Tertia difficultas vtrum paralogismi fallacie ignorantie elenci peccent in forma. Respondetur per distinctionem. fallacia ignorantie elenci potest capi dupliciter. Uno modo large pro omni deceptione proueniente ex obmissione alicuius conditionis requisite ad verum elencum. et sic aliqui paralogismi peccantes per talem fallaciā peccant in forma. quia aliqui tales peccant fallationem. Alio modo capitur fallacia ignorantie elenci stricte pro deceptione proueniente ex obmissione alicuius illarum conditionū ad idem: fm idem: similiter: et in eodem tempore: et tunc paralogismi non peccant in forma. Ex quo patet q̄ causa apparentie illi fallacie est apprensus obseruantia istarum quatuor conditionum: ratione quarum aliquis pro cessus rationenatiuus creditur pbare contradictoriorum preconcessi a respondente: quod tñ nō probat. Sed causa defectus est obmissio alicuius illarum quatuor conditionū. Quarta difficultas vtrum fallacia consequentis sit distincta a fallacia figure dictionis. Respondetur per vnam suppositionem et vnam distinctionem.

Suppositio est hec. ad causandus fallatiam consequentis requiruntur due consequentie. Quatuor prima est bona: et secunda mala: que tamen apparet esse bona propter apparentem conuertibilitatem bone consequentie in ipsam. Distinctio est hec. in processu rationationis causatio fallacie consequentis potest sumi duplex causa apparentie. Una sumitur propter similitudinē ipsius ad bonam consequentiam, et sic causatur fallacia figure dictionis. Alio modo potest sumi causa apparentie propter apparentem conuertibilitatem bone consequentie in seipsam: et sic committit fallacia consequentis. Quinta difficultas. qd est principium a quo denominat fallacia petitionis principij. Respondetur q̄ principium est conclusio quam intendit opponēs probare contra respondentem. quia talis conclusio est principaliter et primo intenta a respondente. et etiam eadem conclusio vocatur finis. quia est finis argumentationis opponētis. vocat etiam contrarius. quia est contraria positioni respondentis. Ex quo patet q̄ causa apparentie est apprensus diuersitas antecedentis et consequentis: vel apprensus probabilitas antecedentis: propter quam creditur consequens esse probatum. Sed causa defectus est ydemptitas antecedentis et consequentis: vel est ipm antecedens non esse notius consequente. Sexta difficultas. vtrum fallacia fm non causam vt causam sit ab alijs distincta. Respondetur per vnam suppositionem et vnam distinctionem. Suppositio est hec. causa est propositio q̄ confert ad illationem conclusionis: Sed non causa est propositio q̄ nihil facit ad illationem conclusionis: apprensus tamen aliqd facere. Distinctio est hec fallacia fm non causam vt causam potest capi dupliciter. Uno modo large: s; pro omni deceptione causata ex antecedente qd ponitur tanquam causa illatiua vel probatiua conclusionis: cum tamen nō sit ita. et sic est comunis omnibus fallarijs. Alio modo capitur stricte pro deceptione causata ex premissa q̄ apparet aliquid facere ad illationem conclusionis: q̄ tamen nihil facit. et propter illā apparentiam ex falsitate et impossibilitate conclusionis creditur talis premissa esse falsa aut impossibilis: cum nō sit ita. et sic est fallacia specialis ab alijs distincta. Ex quo patet q̄ causa apparentie est apprensus conuenientia premissæ non causæ cum premissa causa. Sed causa defectus est diuersitas earundem. Septima difficultas vtrum fallacia fm plures interrogationes vt vnā sit distincta a fallacia

equiuocatiōis Respondetur p̄ duas supposi-  
tiones et vnam distinctionem. Prima sup-  
positio est hec. interrogatio ē propositio sup-  
ta cum signo interrogatiuo. vt vtrum homo  
currat. Scda suppositio interrogatio vna est  
illa in qua interrogatur vnu de vno: vel vnu  
de pluribus: vl̄ plura de pluribus coniuncte  
sumptis. Sc̄ interrogatio plures est illa in q̄  
interrogat̄ pl̄a de vno: vel pl̄a de plurib⁹: et  
inconiuncte. Distinctio est hec. interrogatio  
plures est duplex. q̄da est pl̄es implicite: in q̄  
sc̄z alter terminorum est terminus equocus. z  
fin talem interrogacionem sumit fallacia eq̄-  
uocatiōis. Alia ē interrogatio plures expli-  
cite. et est in qua explicite et inconiuncte pre-  
dicantur plura de vno: vel vnum de pluri-  
bus vel plura de pluribus. Et ab illa sumi-  
tur fallacia sc̄dm plures interrogaciones vt  
vnam.

**Dubitat̄ tertio Vtrūq; pro-**  
positio affirmatiua significet idem pro q̄ sup-  
ponunt subiectum et predicatum. Et videtur  
q̄ non. quia si sic: sequer̄ q̄ iste essent pos-  
sibiles: omnis propositio est particularis nul-  
la propositio est negatiua: et nulla propositio  
est vniuersalis. consequens est falsum q̄ zc̄.  
consequentia patet. quia ista propositio: om-  
nis propositio est particularis: significet om-  
nem propositiōem esse particularem: et cū  
hoc significat subiectum et predicatum suppo-  
nere pro eodem: qd̄ est falsum. quia si sic: tūc  
ipsa haberet esse: et si ipsa sit: tunc aliqua p̄-  
positio erit vniuersalis. et per consequens nō  
erit ita sicut per eam significatur. Et consimi-  
liter probaretur de alijs. Sc̄o sic quia si sic:  
sequeretur q̄ omnis propositio categorica  
esset copulatiua. Nam ista propositio: tu cur-  
ris: significat te currere: z esse idem. p̄ quo sub-  
iectum et predicatum supponunt. Tertio  
si sic sequeretur q̄ nulla propositio mundi es-  
set necessaria. patet quia ois propositio mū-  
di est contingens: cum equiualeat vni copula-  
tiue cuius vna pars est contingens. q̄ zc̄. Ad  
no: patet quia ista: deus est eternus: signifi-  
cat deum esse eternum: et esse idem pro quo  
subiectum et predicatum supponunt. modo  
prima pars est contingens: cum non est idē  
pro quo subiectum et predicatum supponunt  
nisi quando propositio est. sed propositio cō-  
tingenter est. ergo zc̄. In oppositum arguit̄  
q̄ omnis propositio affirmatiua affirmat ali-

quid de aliquo: et non affirmat nisi predica-  
tum de subiecto. ergo affirmat subiectum et  
predicatum pro eodem. et per consequens sig-  
nificat esse idem pro quo subiectum et predi-  
catum supponunt. quia suppositio non est ni-  
si acceptio termini pro aliquo. Ad dubiū res-  
pondetur per vnam suppositionem et duas  
distinctiones. Suppositio ē hec. aliud re-  
quiritur et sufficit ad propositiōem esse pos-  
sibilem: et ad propositiōem esse veram. quia  
ad propositiōem esse possibilem si sit affirma-  
tiua sufficit q̄ possit esse ita sicut per eam sig-  
nificatur: nec requiritur subiectum et predi-  
catum supponere pro eodem. sed ad propo-  
sitiōem affirmatiuam esse veram requiritur  
et sufficit esse idem pro quo subiectum et pre-  
dicatum supponunt. Prima distinctio est  
hec. propositiōis duplex est significatio. q̄-  
dam est significatio materialis: que est de re  
ad extra: siue que oritur ex significatiōe ter-  
minorum. Alia est significatio formalis: que  
est de re non ad extra: sed de terminis alicu-  
ius propositiōis. Uel est illa que euenit ip̄-  
si propositiōi ratione copule coniungentis vni-  
cum altero: sicut illa propositio: homo est ani-  
mal: significatiōe materiali significat homi-  
nem esse animal: s; significatiōe formali sig-  
nificat esse idem pro quo subiectum et predi-  
catum supponunt. Et similiter diceretur de ista  
negatiua: homo non est asinus: que de signi-  
ficatiōe materiali significat hominem nō ēē  
asinum: et de significatiōe formali significat nō  
esse idem pro quo subiectum et predicatum  
supponunt. Scda distinctio. propositiōes  
significare se esse veram potest dupliciter in-  
telligi. Uno modo q̄ significat se esse propo-  
sitiōem: et esse veram. et sic non omnis pro-  
positio significat se esse veram: quia ad hoc q̄  
aliqua propositio significet illo modo se esse  
veram duo requiruntur. Primo q̄ significet  
seipsam esse: z secundo q̄ significet idem ēē  
pro quo subiectum et predicatum supponunt.  
modo manifestum est predictas tres propo-  
sitiōes esse: et cum hoc esse ita sicut significat  
significatiōe materiali. Alio modo potest  
intelligi q̄ propositio significet se esse veram:  
ita q̄ significet rem dictam per eam esse ve-  
ram. et sic omnis propositio significat se esse  
veram. vt ista propositio: omnis homo ē ani-  
mal: non significat q̄ ipsamet propositio om-  
nis homo est animal sit vera: sed significat q̄  
verum est omnem hominem esse animal. Sic  
etiam hec propositio: omnis propositio est p̄-

# Elenchoz.

particularis: non significat qd hec propositio: omnis ppositio e particularis sit & a: s; significat qd om e oes ppositione e particularis. z s; r diceret de alijs. Ex quo patz qd omnis propositio si sit affirmatiua significatione formali significat esse idem pro quo subiectum z predicatum supponit. Si vo fuerit negatiua significat no ee idem: pro quo subiectum z predicatum supponunt: z per consequens omnis propositio significatione formali significat se esse veraz qd idem est subiectum z predicatum supponere pro eodem: z propositio affirmatiua esse veram. Et similiter idem est subiectum et predicatum non supponere pro eodem: z propositio negatiua non esse veram. Ad rationes dubij. Ad primam negetur psequenria. Ad probatione; dicitur qd ista propositio Omnis propositio est particularis: non significat subiectum z predicatum supponere pro eodem. sed significat idem esse pro quo subiectum z predicatum supponunt. modo l; subiectum z predicatum illius propositiois nuq; supponerent pro aliquo: tñ possibile e idem esse pro quo nunc supponit subiectum z predicatum. Et inde est qd illa propositio z conuincitiles nuq; possunt esse vere: l; tamẽ sint possibles. Ad secundam negetur consequentia. qd l; propositio kathegorica equipolleat in consequendo illi copulatiue: ita qd ponat illas duas propositioes copulatiue: non tñ ee senda est copulatiua. Nam propositio vniuersalis ponit copulatiue omnes suas singulares z tamen non est dicenda copulatiua. Ad tertiaz dicitur qd illa propositio est necessaria que quocuq; formatur idem est pro quo subiectum z predicatum supponunt. sed contingens est illa que quando formatur aliqui idem est pro quo subiectum z predicatum supponunt: z aliquando no est idem. ideo l; subiectum z predicatum istius propositiois: deo est eternus: aliquando non supponant p eodem. vtpote quando talis propositio non est: quando tñ formatur subiectum z predicatum; semper supponunt pro eodem.

## Ad rationes ante oppositus

Ad primam dicitur qd fallatia non dicitur in dictione vel extra dictionem ex pte cause defectus: qd scilicet deceptio ipsa sit in dictione vel extra dictionem. sed dicitur talis ex parte cause apparentie: eo scz qd sumit suam causã

apparentie ex parte dictionis ad placitum significantis: vel ex parte rei aut conceptus mentalis. Ad scdam dicitur similiter. Ad tertiam patet solutio ex secundo dubio.

**Queritur quarto. Vtrũ omnes fallatie sint ad ignorantiam elenci reducende. Et videtur qd non. quia sicut in sillogismo dialectico est: ita est in sillogismo sophisticato. sed in locis dialecticis non est aliquis communis locus: ad quem alij loci reducuntur. ergo nec in sophisticis est aliquis communis locus ad quem alij loci sophistici reducuntur. Secundo sic. Si omnes fallatie reducerentur ad fallatiam elenci hoc sic maxime esset (vt dicit textus) qd omnium fallatiarum sunt sillogismi imodificati. sed hoc est falsum. Nam in petitione principij est bona consequentia. ergo tales sillogismi non sunt imodificati. Tertio sic. In fallatijs in dictione sunt sillogismi in dictione. ergo nec peccant contra elencum. Antecedens patet. qd seruato vno significato multiplicis remanet debita propositio sillogismi. In oppositum est are<sup>tes</sup>.**

**Sciendum primo. qd in secundo capitulo docet aristoteles reducere qualibet fallatiam ad comunem defectum: scilicet ad ignorantiam elenci. Et continet vnam conclusionem. que est hec. Omnes paralogismi fallatiarum peccant contra verum elencum. Probat sillogismo z inductione. Sillogismo sic. Omnes sillogismi imodificati peccant contra elencum; sed omnes paralogismi fallatiarum sunt imodificati. ergo omnes peccant contra elencum. Minor patet. qd omnes paralogismi fallatiarum peccant contra aliquam particulam positam in diffinitione elenci. Secundo probatur eadem conclusio inductione sic. Primo de fallatijs in dictione. qd omnes sunt fm mlti. ergo omnes peccant contra elencum. Antecedens patet. qd equiuocatio amphibologia similis figuratio. i. figura dictionis: omnes habent idempritate vocis: sed non habent idempritate significati qd regrit ad verum elencum. copositio autẽ z diuisio z accetio non habent idem nomen: nec eandem rationem: ideo ibi e multiplicitas nominis vel orationis: z tñ ad verum elencum; requiritur idẽpritas nois sicut z rei. vt si hoc nomen tunica debeat poni in sillogismo: no debet poni hoc**

*Conclusio sicut*  
*Probat sillogismo z inductione. Sillogismo sic. Omnes sillogismi imodificati peccant contra elencum; sed omnes paralogismi fallatiarum sunt imodificati. ergo omnes peccant contra elencum. Minor patet. qd omnes paralogismi fallatiarum peccant contra aliquam particulam positam in diffinitione elenci. Secundo probatur eadem conclusio inductione sic. Primo de fallatijs in dictione. qd omnes sunt fm mlti. ergo omnes peccant contra elencum. Antecedens patet. qd equiuocatio amphibologia similis figuratio. i. figura dictionis: omnes habent idempritate vocis: sed non habent idempritate significati qd regrit ad verum elencum. copositio autẽ z diuisio z accetio non habent idem nomen: nec eandem rationem: ideo ibi e multiplicitas nominis vel orationis: z tñ ad verum elencum; requiritur idẽpritas nois sicut z rei. vt si hoc nomen tunica debeat poni in sillogismo: no debet poni hoc*

nomen vestis: sed tunica. Secdo probat indu-  
ctiue in fallatijs extra dictionem. z primo de  
fallatia accidētis. qz fallatia accidētis peccat  
contra fillogismum. ergo z contra elenci. te-  
net cōsequētia. qz eadem est diffinitio fillo-  
gismi z elenci: p̄ter hoc qz elencus supra fil-  
logismum addit contradictionem. Nam elen-  
cus est fillogism⁹ contradictionis. Antecedēs  
pater. qz in fallatia accidētis cum antecedēs  
sit: non est necesse consequens esse: z tamen  
hoc requiritur ad fillogismum. ergo fallatia  
accidētis peccat contra fillogismum. Maior  
pater. qz non sequitur: triangulus habet tres  
angulos equales duobus rectis fm qz huius  
modi. Sed triangulus est figura. ergo figu-  
ra fm qz figura habet tres angulos equales  
duobus rectis. illud consequens est falsum: z  
tñ antecedens est verum. Et subdit qz fm istā  
fallatiā artifices z omnino scientes ab inscis  
arguunt. i. redarguuntur. fm accidens enī fa-  
tiunt fillogismos contra sapientes. Unde qui  
non possunt diuidere. i. videre diuersitatē ha-  
bitudinis ad extrema: concedunt conclusionē  
quam opponens vult inferre. De fallatia fm  
quid ad simpliciter pater. qz in ipsa nō est af-  
firmatio vel negatio vnius z eiusdem de eo-  
dem. qz negatio fm quid albi: est fm qd non  
album: z negatio simpliciter albi est simplici-  
ter non album. cum ergo fallatia fm quid ad  
simpliciter capiat non album simpliciter p̄ ne-  
gatione fm quid albi vel econtra: sequitur qz  
non capit affirmationem vel negationem de  
eodem. De fallatia ignorantie elenci pater. qz  
sic nuncupata est: eo qz obmirabar aliquā p̄i-  
culam positam in diffinitione elenci. De falla-  
tia non cause vt cause pater. qz in omni elen-  
co oportet conclusionem sequi de necessitate  
ex premissis: sed sic nō est de nō causa vt cau-  
sa. De fallatia petitionis principij pater. qz in  
ea cōnumeratur illud quod erat in principio  
De fallatia consequentis pater. qz fallatia ac-  
cidētis peccat contra elencum. ergo z falla-  
tia consequentis. tenet consequentia. qz falla-  
tia consequentis est pars fallatie accidētis.  
Et subdit differentiam inter fallatiam accide-  
tis z consequentis. qz accidens fit de vno so-  
lo modo. vt idem est rubeum z mel: album et  
cignus. sed consequens semper fit in plurib⁹  
qz regulatur p̄ istam maximam: quecuqz vni  
z eidem sunt eadem: illa sunt sibi inuicem ea-  
dem. qz autem talis maxima fit sophistica p̄-  
bat duobus exemplis. qz nix z cign⁹ sunt ea-  
dem in albo: z tñ non sunt eadē inter se. Se-  
cundum exemplum est mellissi. qz factum eē

z habere principium sunt eadem vni tertio: z  
tñ non oportet qz inter se sint eadem saltē cō-  
uertibiliter. De fallatia fm plures interroga-  
tiones vt vnam. pater. qz paralogismi isti fal-  
latie non sunt ex propositionibus. ergo pec-  
cant contra elencum. tenet consequentia. qz  
omnis fillogismus fit ex propositionibus. sed  
elencus est fillogism⁹. ergo fit ex propositioni-  
bus. Antecedens principale pater. qz para-  
logismi huius fallatie sunt ex propositionib⁹  
plures: z nō ex propositionibus que sunt vna  
in qua scz predicatur vni de vno. ergo fit ex  
pluribus. tenet consequentia. qz eadem ē dif-  
finitio vnius solius rei z rei simpliciter: z ea-  
dem est diffinitio hominis simpliciter z vni⁹  
hominis. Et subdit qz aliquando aliquis ē be-  
ne redarguendus per hanc fallatiam: si dede-  
rit vnam responsonem: aliquando autem so-  
lum apparenter: si non dederit vnam respon-  
sionem: sed solum videatur dedisse. Ex quib⁹  
concludit qz omnes fillogismi sophistici redu-  
cuntur ad ignorantiam elenci. qz omnes fal-  
latie in dictione peccant cōtra contradictionē  
sed fallatie extra dictionem peccant cōtra dif-  
finitionem fillogismi.

**Sciendus secundo.** qz in ter-  
tio capitulo dat arestotiles modos apparētie  
omnium tredecim fallatarum. Et intendit ta-  
lem conclusionem. In omni fallatia est aliqd  
causans deceptionē in intellectu nostro. Pa-  
ter inductive. qz in omni fallatia equiuocatio-  
nis z amphibologie accidit deceptio p̄pter B  
qz non distinguimus multiplex: eo qz non est  
ydoneum quedam distinguere. vt ens z vni⁹  
z idē. Sz in falla<sup>a</sup> cōpositiōis z diuisiōis acci-  
dit deceptio propter B qz credim⁹ qz ois ora-  
tio composita z diuisa sunt idem. In fallatia  
accentus accidit deceptio propter hoc qz cre-  
dimus orationem intensam. i. prolata m ac-  
centu acuto significare idem cum oratione re-  
missa. i. prolata accentu graui. Sed in fallatia  
figure dictionis accidit deceptio propter simi-  
litudinem dictionis cum dictione. qz difficile  
ē videre oram eoz q̄ conueniūt in voce. z qui  
pōt B facere: est prope videre vey. Et subdit qz  
falla<sup>a</sup> fi<sup>c</sup> dictionis ē fallatia i dictione. Probat  
duab⁹ rōnibus. Prima rō. per fallatiā figure  
dictionis homo magis decipitur cūz alio dis-  
putando qz p̄ seipsum considerando. sed hoc  
proprium est fallatijs in dictione. qz confide-  
ratio in aliā alio fit per oratiōes z dictiones.  
consideratio autem per seipsum non fit p̄ di-  
ctiones igif zc. Secda ratio. qz fallatia figure

## Elenchor.

ditionis causat ex similitudine dictionis cũ dictione. sed in fallacia accidentis accidit deceptio: eo q̄ nō possumus diuidere .i. distinguere inter idem et diuersa: vñi et multa. Et similiter in fallacia cōsequētis q̄ fallacia cōsequētis est pars fallacie accidentis. Etia; in fallacia cōsequētis accidit deceptio: eo q̄ credimus q̄ sicut antecedens nō separatur a consequente: q̄ consequēs nō possit separari ab antecedente. Sed in fallacia a fm qd ad simpliciter. et ignorācie elenci accidit deceptio eo q̄ obmittuntur conditiones vere cōtradictōis. Sed in fallacia petitiōis p̄ncipi; non cause vt cause: et fm plures interrogatōes vt vnā accidit deceptio: eo q̄ ignoram<sup>us</sup> diffinitionem p̄positionis et sillogismi.

**Sciendus tertio q̄ circa hūc** textū incidunt 4<sup>te</sup> difficultates. Prima ē qd est reducere paralogismos fallatiarū ad elencū. Respondet per duas suppositiones: et vnū dictum. Prima est hec. de ratione elenci veri sunt tria. Primo q̄ sit illatiu<sup>s</sup>. Secūdo q̄ sit probatiu<sup>s</sup>. Tertio q̄ sit cōtradictiu<sup>s</sup>. Rōne p̄mi dicit esse sillogisimus. Ratione 2<sup>a</sup> est dialecticus. et rōne cōtradictionis est elenc<sup>us</sup>. Et q̄ inferunt tria correlaria. P̄miū ē. q̄ iste tres differentie. fallatio p̄batio et cōtradictio sunt differentie subordinate. quarū prima est magis cōis q̄ 2<sup>a</sup>: et 2<sup>a</sup> q̄ 3<sup>a</sup>. Secūdo sequit<sup>ur</sup> q̄ iste consequentia sunt bone. iste sillogisimus est cōtradictiu<sup>s</sup>. ergo est probatiu<sup>s</sup>. et vltra est probatiu<sup>s</sup>. ergo est illatiu<sup>s</sup>. Tertio sequitur q̄ ab illatiuo ad probatiuū: et a p̄batio ad cōtradictiuū cũ istis verbis peccare et apparere est bona cōsequētia. q̄ ista verba includunt negationē. modo a superiori ad inferi<sup>or</sup> negatiue est bona cōsequētia. Secūda suppositio. ignorantia elenci est obmissio cuiuscūq̄ particule in diffinitione elenci positae. Dicitur est istud. Reducere paralogismos fallatiarū ad elencū ē ostendere qualiter tales paralogismi peccāt cōtra elencū: obmittēdo aliquā particula; in dīoe elenci positā. Secūda difficultas. vtz paralogismi omniū fallatiarū sunt imodificati. Respondet per distinctionē duplex est modus. Quidā est qui est dispositio seu conditio sil<sup>l</sup> inferentis. et sic nō oēs paralogismi sunt imodificati. q̄ multi sunt q̄ nō peccāt cōtra illationē: sed sunt in debito modo et debita figura formati. Alio modo capitur modus p̄o modificatione siue cōditione sil<sup>l</sup> tā illati q̄ probati v<sup>t</sup> dicitur. et sic oēs paralogismi sunt imodificati. Tertia difficultas. vtz fallacia consequentis sit pars falla-

cie accidentis. Respondet q̄ proprie nec est pars subiectiua nec materialis aut integralis sed similitudinarie ē pars materialis equiuoca in qua. quia in quocūq̄ paralogismo inuenitur fallacia consequentis: in eodem inuenitur fallacia accidentis et nō eodē modo: Quarta difficultas. vtz sit eadem diffinitio rei simpliciter et vnus rei. Respondet q̄ cui non conuenit diffinitio vnus rei nec eidem conuenit diffinitio rei. q̄ res et vnū conuertuntur. ergo idem est res et vna res. ideo est eadem diffinitio rei et vnus rei: et hoc capiēdo vnū transcendenter.

**Conclusio responsalis.** omnes fallacie reducende sunt ad ignorantiam elenci. Conclusio satis patet ex p̄mo notabili.

**Dubitatur primo.** quot modis sit apprensus elencus. Pro solutione supponitur q̄ aristoteles in hoc 4<sup>o</sup> capitulo determinat de sillogismo peccante in materia. et continet duas partes. In p̄ma tangit 4<sup>te</sup> conclusiones. Quarū prima est hec. Habemus p̄ quot p̄ncipia sillogismi sunt apprensus: et ex hoc habemus p̄ quot p̄ncipia sunt sillogismi sophistici peccantes in materia. Secūda cōclusio tangit vnā diuisionē elenci sophistici. Nam quidā est qui videtur esse sillogisimus et non est. Alius est. qui est sillogisimus: s; nō est cōueniens rei. non procedit ex veris. P̄mius dicit peccans in forma. Secūdo vō ē peccans in materia: Qui sic adinuicē differūt. q̄ sillogismi peccantes in materia nō arguunt fm rem. i. ex veris et monstrant ignorātes. i. ignorantia respondentis quod ē propriū temptatiue: scz sumere experientiam de scientia vel ignorantia respondentis. q̄ dialectica sillogisat falsum propter ignorantia respondentis: qui p̄cedit p̄missas falsas. ergo et temptatiua tenet cōsequētia. q̄ temptatiua est pars dialectice. Sed elenci sophistici peccantes in forma nō manifestant ignorantia respondentis. q̄ impediunt tā scientem q̄ ignorāte. Tertia cōclusio. Sillogismoz peccantium in materia et sillogismoz peccantium in forma est eadem scientia. Pars. q̄ p̄missarū et cōclusionis est eadē scientia. sed p̄missae sil<sup>l</sup> peccantis in materia sūt conclusio sil<sup>l</sup> peccantis in forma. q̄ si debeat p̄bati p̄missa falsa: oportet q̄ p̄bet p̄ sil<sup>l</sup> peccatē in forma. Quarta p̄to: modis sit apprensus elenc<sup>us</sup>. q̄ modis sit ver<sup>us</sup> elenc<sup>us</sup> patet. q̄ oēs elencus apprensus peccat p̄ aliquā p̄ti<sup>ā</sup> in dīoe elenci positam. igit<sup>ur</sup> cē. Aliis probatur inductiue: sicut p̄batum ē in p̄



notabili. Et subdit qd elenc<sup>o</sup> sophisticus nuq<sup>q</sup> est verus elencus: nec similiter fillogism<sup>o</sup>: sed bene quo ad aliquid: sicut patet apud illum z ignorat multitudinem terminorum. Et per h<sup>o</sup> patet solutio ad dubium.

**Dubatur secundo. Vtru omniū paralogismoz sit eadem sciētia.** Pro solutione supponitur qd in 2<sup>a</sup> parte hui<sup>o</sup> capituli pbat aristoteles tres cōclusiones. Prima ē Non omniū elencoz eadem est sciētia. patz qz fortassis infinite sunt scie. ergo etiā infinite sunt demonstrationes: sed quicqd cōtingit demonstrare cōtingit illi p elenci contradicere. vt siqs diceret diametrū esse cōmensurabilem coste: cōtra ipsum posset fieri elenc<sup>o</sup>: probādo qd diameter sit coste incōmensurabilis. Scda conclusio. Non omniū elencoz falsozū est eadem scia. patet qz fm vnāquāqz artē potest fieri fillogism<sup>o</sup> falsus. vt fm geometriam pot fieri fillogism<sup>o</sup> falsus: z fm medicinā medicinalis. Tertia cōcl<sup>o</sup>. Omniū elencoz est eadē sciētia cōis. s. dialetica: sub dialetica cōprehendendo dialecticā proprie dictā z sophisticā. Patet. qz dialetica dat pncipia cōia ad formandū elencū fm vnāquāqz disciplinā. Ex quibus inferit qd p istam sciētiā nō solū habemus cōpositionem palogismoz: sed etiā ipsoz solutionē. qz istātie ipsoz solutiones sunt. Et p hoc patz solutio ad dubiū

**Dubatur tertio de Veritate hui<sup>o</sup> insolubilis.** hec ppositio quā ego pfero est fil<sup>o</sup> illi quā pferit plato: casu posito qd nullā aliam pferam ab illa: z plato pferit vnā falsam. s. istam hō est asin<sup>o</sup>. Probat sic. qz vel illa ppositio plata a me est vera vel falsa. Si vera: habet ppositus. Si sit falsa: ergo ē fil<sup>o</sup> ppositio quā pferit plato: cum ppositio platoni sit falsa z vltra. si fil<sup>o</sup> ppositio quā pferit plato. g ita est apte rei qlirer ppositio platā a me f<sup>o</sup>: z per pns ipsa est vera. Improbab. qz vel talis ppositio platā a me est vera vel falsa. Si falsa: habet intentū. Si sit vera. g vey est qd ppositio quam pfero fil<sup>o</sup> ē ppositio quā pferit plato. Sed ppositio quā pferit plato est falsa. g ppositio quā ego pfero est falsa. z p pns si ipsa est vera: ipsa ē falsa. Respondet qd ppositio platā a me ē falsa qz ad ipsam esse verā sequit ipsam eē falsā. g ipsa est falsa. tenet pns. qz impossibile ē eadē ppositionē fil<sup>o</sup> esse veram z falsam. Ans patet. qz ex improbatione sophisticatis. Et ad pbationem dicit qd ipsa ē falsa. qz lz sit ita qliter. ipsa significat: tñ non est ita qliter: qz

ipsa significat. qz non solum significat se esse falsam: sed fil<sup>o</sup> significat scipsam esse verā et se eē falsam. Et fil<sup>o</sup> diceret de ista ppositioe: ego dico falsum: posito casu qd nihil aliud dicā. fil<sup>o</sup> ipsa est falsa. qz ipsa significat se eē verā z se esse falsam. g oportet ipsam fil<sup>o</sup> esse veram z falsam: qd est impossibile. Antecedēs patet. qz bene sequit ista ppositio: ego dico falsum ē vera. g ita est qualiter ipsa significat sed significat me dicere falsum. g ita ē qd ego dico falsum: z tñ nihil aliud dico a pdicta ppositione. ergo pdicta ppositio est falsa.

**Ad rationes ante oppositū**  
Ad pma patuit quō falla<sup>o</sup> reducitur ad ignorantiam elenci nō specialiter sed generaliter supia. Ad alias patuit solu<sup>o</sup> ex tertio nobili.

**Queritur quinto. Vtru orationes litigiose bene diuidantur qd alie sunt ad nomen disputabiles z alie ad intellectū.** Et vi def qd sic per are<sup>o</sup> versus finēz pmi thopicoz dicentē qd multiplicis distinctio valet ad hoc qd nō fiat disputatio ad nomē: sed ad intellectū. ergo oportet aliquas esse orones disputabiles ad nomen z aliquas ad intellectū. Scdo sic. Diuisio fallatiarū in dictionē z extra dictionē est sufficiens. g z precedens. tenet cōsequētia. qz oēs orationes peccantes per fallatias in dictione sunt disputabiles ad nomē. Orationes vō fallatiarū extra dictionē sunt disputabiles ad intellectum. Tertio sic. Diuisio disputatiōis ad intellectū z ad nō intellectū est bona. g z pcedens. tenet pns. qz disputatio ad nomen est disputatio nō ad intellectum. In oppositū est are<sup>o</sup>.

**Sciendum primo. qd in hoc quinto capitulo improbat are<sup>o</sup> vnā diuisiōnem positā ab antiquis per quā ipsi dabāt artem de fil<sup>o</sup> sophisticis. z continet duas pres.** In prima intēdit tres cōclusiones. Quaz prima est. Diuisio orationū in orationē disputabilem ad nomē z orationē disputabilem ad intellectum nō est sufficiens. Probat 4<sup>o</sup> rōnibus. Pria rō. eadē orō pot disputari ad nomē z ad intellectū. g diuisio ē insufficiens. Ans patz qz disputare ad intellectū siue ad nomē non est aliud qd opponētē z respōdentē vti aliq multiplici p diuersis significatis ei<sup>o</sup>. Sed disputare ad intellectū ē vti aliquo multiplici in eadē significatiōe. sed manifestū est qd de ali qua orōe multi<sup>o</sup> pnt opponēs rōs credere ipsā tñ vni f<sup>o</sup>. z sic ipsi disputabūt ad intellectū. Si vō credūt qd plura f<sup>o</sup>: z opōnēs

## Elenchoy.

utatur vna significatiōe: rīdēns vō alia: tunc  
disputabunt ad nomē. ergo eadem oratio est  
disputabilis ad nomen et ad intellectū. Scōda  
rō. oīs oratio est disputabilis ad nomē: et oīs  
oratio est disputabilis ad intellectū. ergo di-  
uisio est insufficientis. Añs pro 2<sup>a</sup> parte patet  
qz possibile est qz in qualibet oratione oppo-  
nens et respondēs ferant suos intellectus ad  
idē: et sic erit disputatio ad intellectū. Prima  
pars antecedētis patet. qz omnis oratio pōt  
disputari non ad intellectū: ergo ad nomen.  
Tenet psequētia. qz idē ē disputare ad no-  
men et nō ad intellectū. Ad hāc rationē respō-  
dent antiqui qz orationes multiplices sūt dis-  
putabiles ad nomē: nō multiplices vō ad in-  
tellectum. Contra hāc rationē arguit aristotiles.  
qz nō omnes orationes multiplices sunt  
disputabiles ad nomen. Quod patet. nō enī  
dicat oratio disputabilis ad nomē nisi in rela-  
tione ad respondētē qui dat alium intellectū  
qz intendit opponens. sed possibile est qz re-  
spondens nullum intellectū dederit. ergo talis  
paralogism<sup>9</sup> non ē disputabilis ad nomē  
Tertia rō. oīs oratio multiplex potest disputa-  
ri ad intellectū: et oratio non multiplex potest  
disputari ad nomē. ergo diuisio ē insufficientis.  
Antecedēs patet qz cō multiplex potest dis-  
tingui et accipi in determinato sensu: orō vō  
non multiplex potest a disputantib<sup>9</sup> accipi vt  
multiplex. ergo rē. Quarta rō. illa diuisio so-  
lum tenet se ex parte elenci et non ex pre sillo-  
gismi. ergo est insufficientis. Tenet cōsequētia  
Primo qz incōueniens est disputare de elen-  
co et non de sillogismo: cum elenc<sup>9</sup> sit sillogis-  
mus. Scōdo. qz aliqui sillogismi sophisticī pec-  
cant cōtra sillogismi nō: vt contingit tacentē  
dicere. aliqui cōtra elencum nō. vt omnis cir-  
culus est figura. poema homeri est circulus.  
ergo poema homeri ē figura. Aliqui vō pec-  
cant cōtra vtrūqz: vt aliquis solū dat vni de-  
narium. et non habet vniū solum denariū. er-  
go dat quod non hz. Scōda conclusio. oēs  
oratiōes doctrinales sunt disputabiles ad no-  
men: cui<sup>9</sup> oppositi dicebant antiqui. Proba-  
tur sic. qz ista: omnis triangulus habet tres ē  
doctrinalis: et nō est disputabilis ad nomē. er-  
go rē. Adinoz patet. qz possibile ē qz videatur  
opponētū vel respondētū qz triangulus plu-  
ra significat. Tertia cōclusio (que similiter  
datur cōtra antiq<sup>9</sup>) est hec. Oratiōes multi-  
plices sunt disputabiles ad intellectū. Pro-  
batur tripliciter. Primo sic. qz possibile est qz  
opponens et respondēs ignorent terminū cō  
multiplicem. et tūc accipient eū in eadē signi-

ficatiōe: et sic erit disputatio ad intellectum.  
Scōdo sic. qz possibile est qz opponens distin-  
guat multipliciter terminū: et querat veritatē  
in vtroqz sensu: et tūc si rīdēns concedat vel  
neget in vtroqz sensu: manifestū est qz sit dis-  
putatio ad intellectū. ergo nō omnes oratio-  
nes multiplices sunt disputabiles ad nomen  
Et quo patet qz nō ē ponendum aliquod ge-  
nus orationū ad nomen disputabilū: quā il-  
le possint disputari ad intellectum.

**Sciendum secundo. qz in se-**  
cunda pre hui<sup>9</sup> capituli reprobat are<sup>1<sup>o</sup></sup> et am<sup>2<sup>o</sup></sup>  
opinionem antiquoz. Ponendo talē conclu-  
sionem. opponens arguēs contra respondē-  
tem nō tenetur distinguere multiplex: qd est  
cōtra antiquos dicentes nullā orationem dis-  
putari ad nomen: nisi ex vitio opponētis. iō  
opponēs arguēdo debebat pri<sup>9</sup> distinguere  
multiplex. Lūius oppositi probat aristotiles  
4<sup>o</sup> rationibus. Prima est hec. Nullus tenet  
distinguere quod ignorat. sed possibile ē qz  
opponens ignoret multipliciter orationis  
ergo nō tenetur distinguere. Scōda ratio. op-  
ponens nō tenetur docere suū respondētē.  
sed distinguendo multiplex doceret ipsū: cū  
aliquādo tale multiplex ignorat. qz rē. Tertia  
ratio. in nō multiplicibus potest fieri disputa-  
tio ad nomen. ergo distinctio multiplex non  
tollit disputatiōē ad nomē. Antecedēs pro-  
bat duobus exemplis. Prīmū. si querat vtrū  
in quaternario vnitates sint equales binariō:  
vnus potest respondere qz nō. qz quatuor sūt  
vnitates et duo binarij. Alius potest respōde-  
re qz sic. qz quatuor vnitates sunt duo binarij.  
Scōm exemplum. Si querat vtrum quaternario-  
rum sit eadem disciplina: vnus potest respon-  
